Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

mulierem pregnantem & eiciunt ipsi fetum eius uel for
id est uel non dum formatum;
matum · mulier pregnans dicitur anima quae nuper
concepit di uerbum; De qua ergo conceptione legi
mus & in alio loco scriptum · A timore tuo domine in
utero concepimus & peperimus; Qui ergo concipi
unt & statim pariunt · isti nec mulieres esti
mandae sunt · sed uiri & perfecti uiri · Denique
audi & prophetam dicentem; si peperit terra in
una die · & si parta est gens de semel; Ista ergo est
generatio perfectorum · qu[ae] statim sub die ut con
cepta fuerit procreatur; Uerum tamen & ibi possum uideatur
quod uiros parere diximus. Iam dudum praemisimus
quomodo membrorum appellationes suscipere de
beas · ut recedas a corporeis sensibus & interioris ho
minis capias intellectum; si autem uis ut adhuc tibi
& in hoc describatur sicut feciem · audi apostolum
dicentem; filioli mei quos iterum parturio · donec
formetur xps in uobis; Perfecti ergo sunt & uiri
fortes qui statim ut concipiunt & pariunt · id est
qui conceptum fidei uerbum in opere producunt ·

Anima autem quae concepit & in uentre retinet
& non parit · ista mulier appellatur · sicut & pro
pheta dicit · Dolores partus aduenerunt ei · &
disc[...] uirtus pariendi non est in ea; haec ergo
tec lise[...]